

1. si domus, ff. de servit. urban. prædior. et in suspensione simpliciter prolata, mitior debet fieri interpretatio, et sic, quod officium clericale, in quo fundamentum est ad jurisdictionem spiritualem exercendum, remaneat in Episcopo simpliciter ab officio suspensus, et tantum videatur suspendi ab his, quæ sunt ordinis pontificæ.

(2) *Descomulgar.* Sequitur opinionem Glossæ in dict. cap. *audivimus*, 24. quæst. 1. de qua in gloss. præcedent. Archid. tamen ibi licet teneat quod jurisdictionem aliam exercere possit, vul tamen, quod Episcopus ab officio suspensus non possit excommunicare. Movetur ex eo, quia ista jurisdictione excommunicandi competat ei ratione officii Episcopalis, 16. quæst. 2. cap. *visis*, in fin. et 24. quæst. 3. in cap. *corripiantur*, et quod cum officium celebrandi non habeant, non possunt alii officium, quod non habent, interdicere, argum. 1. qui in aliena, §. quamquam, ff. de negot. gest. l. 2. C. de hæret. sed si velis tenere, ut dictum est in glossa præcedenti, quod tantum intelligatur suspensus ab officio pontificali, non obstant motiva Archid. quin et Episcopus simpliciter ab officio suspensus possit etiam excommunicare, cum potestas excommunicandi possit competere Præbato, etiam non Episcopo, ut habetur in cap. *cum ab ecclesiarum. de offic. ordin.* et Præbato jurisdictionem habenti, dum tamen sit clericus, etsi non sit presbyter, competit potestas excommunicandi, ut tradit Hostiens. in summ. *de sent. excomm.* §. *quis possit excommunicare*, vers. *nequum*.

(3) *De iudicatio.* Adde Gloss. in dict. cap. *audivimus*, 24. quæst. 1. et ibi Archid.

(4) *O lo vedassen de officio, e de beneficio.* Si ergo Episcopus suspendatur ab officio et beneficio, neque jurisdictionalia poterit exercere, ut hic, et communiter tenent Doct. et dict. cap. *cum dilectus, de consuetud.*

(5) *El derecho escrito.* Et multos casus collectos, in quibus à jure ponitur pœna suspensionis, vide per Angel. et Sylvest. in summa, in verbo *suspensio*, et habes hic, quod quando pœna suspensionis ab officio imponitur à jure, non videtur quis suspensus à beneficio, et ista fuit opinio Hostiens. quam refert Glossa magna in Clement. *cupientes, de penis*, ubi eam reprobatur, et dicit contrarium videri expressum in cap. *preter*, 52. dist. ubi Gloss. finaliter residet, quod tam in suspensio à canone, quam ab homine, si suspenditur ab officio, non videtur suspensus à beneficio; in hoc tamen dic. secundum Præp. Alex. ibi, et Hostiens. in summ. *de sent. excomm.* §. *qui sit ejus effectus*, in princ. quod aut quis suspenditur ab officio perpetuo, vel aut tempus, aut simpliciter: si suspensio est perpetua, tunc suspensus ab officio censetur etiam suspensus à beneficio, sive suspensio fiat à jure vel ab homine, nam talis suspensio habet vim privationis, et est idem, quod depositio, secundum Archid. in cap. 2. 85. dist. et cum beneficium detur propter officium, quod facit in ecclesia, ut in cap. fin. *de rescript.* lib. 6. et cum ipse sit perpetuo ab officio suspensus, per consequens etiam est suspensus à beneficio. Si verò suspensio fiat ad tempus, et tunc si loquimur in distributionibus quotidianis, clarum est, quod non debeant dari taliter suspensio, cum non dentur, nisi interessentibus in divinis officiis, cap. 1. *de cleric. non resident.* lib. 6.: si autem loquimur de ipsa præbenda, et tunc si aliud non exprimitur in sententia juris vel hominis, suspensus ab officio non est suspensus à beneficio. Si verò suspensio fiat simpliciter ab officio, tunc ex vi vocabuli non videtur suspendi à beneficio. Et si ex levi causa facta fuit suspensio, non debent subtrahi fructus, nisi ipse esset in mora petendi absolutionem, vel ubi suspensionem contemneret, et isto casu procedit opinio Tanere. et Vincent. posita in cap. *cum bonæ, de etate et qualitat.* de qua per Gloss. in dict. Clement. *cupientes*; si verò sit facta ex gravi delicto, tunc possunt fructus sibi subtrahi, cap. *inter, de purgat. canon.* et ita procedit opinio Goffred. relata in glossa in dicta Clement. *cupientes*, ita in hoc residet Præpositus, ubi supra: verum quia lex ista Partitarum innotuit differentiam inter suspensionem juris vel hominis, est multum notanda; cum enim indistinctè loquatur, vult, quod etiam si à jure imponatur pœna suspensionis ab officio propter crimen, non intelligitur suspendi à beneficio, nisi in jure aliud exprimat. Cujus contrarium tenent magis communiter Doctores, volentes, quod quando talis suspensio à jure fit propter crimen, censetur suspendi etiam à beneficio, non distinguentes, an crimen sit leve vel grave, ut tradit signanter Petrus de Anch. post Gaspar. Calder. in dicta Clement. *cupientes*, ubi dicit, quod suspensus ab officio simpliciter à jure, si est propter crimen, quod sit suspensus etiam à beneficio, per cap. *si quis sacerdotum*, et cap. *eos*,

81. dist. si verò propter infamiam vel contumaciam, secus, ut in cap. *presbyter si à plebe*, 2. quæst. 4. ad quæ jura, et ad cap. *preter*, 52. dist. responderi potest, quod id ideo, quia ibi in jure ita fuit expressum; quando vero id non fuisse expressum in sententia juris, non videtur sub suspensione ab officio includi suspensio à beneficio, prout et dicit Hostiens. et ibi Archid. in cap. 1. *de re judic.* lib. 6.

(6) *Muy desaguisados.* Sequitur opinionem Goffred. in cap. *pastoralis, de appellat.* in ult. gloss. quam refert Gloss. in dicta Clement. *cupientes, de penis*, et hoc magis communiter tenent Doctores, quod suspensus ab homine ab officio, si suspensio sit propter crimen grave, videtur suspensus à beneficio; secus, si propter crimen leve, vel etiam infamiam aut contumaciam: et vide infra ead. l. in gloss. fin.

(7) *De Beneficio.* Adde Gloss. in cap. *latores, de clerico excomm. depos. minist.* et istud communiter tenetur, quod suspensus à beneficio, non sit suspensus ab officio, quia officium non est accessorium ad beneficium; et de ista suspensione à beneficio, vide glossam notabilem in cap. *cum Victionensis, de elect.* super verbo *admisserat*, ex qua colligitur, quod suspensus à beneficio potest eligere, et quod suspensus à beneficio tenetur interim officiare in illo beneficio, de quo vide Gloss. in cap. *cupientes*, in verbo *ceterum*, in verbo *beneficiis, de elect.* lib. 6. Item, quod suspensio à beneficio solum refertur ad fructus beneficiorum, non autem ad facultatem administrandi in spiritualibus et temporalibus, de quo vide Abb. ibi. Item, quod suspensus à beneficio debet habere modicam sustentationem inde, ne egeat; de quo vide remisiones ibi per Abb. et an suspensus à beneficio in una ecclesia possit habere beneficium in alia, vide Gloss. et ibi Anton. et Abb. in cap. *pastoralis, §. verum, de appellat.*

(8) *E si de la jurisdiccion.* Adde Gloss. in dict. cap. *audivimus*, 24. quæst. 1. in gloss. 1.

(9) *De officio e de Beneficio.* Vide quæ dixi supra, et Innoc. in cap. *cum dilectus, de consuetud.*

(10) *Que non entre en la Iglesia.* De hoc vide in cap. *is cui, de sent. excomm.* lib. 6. et ibi Dominicum, et vide quod notat Gloss. et ibi Abb. in cap. *cum clerici, de immum. ecclesiar.*

(11) *Jurisdiccion.* Istam differentiam inter clericum habentem jurisdictionem, et non habentem in materia ista, non memini me vidisse; imò, ut dixi in glossa super verbo *muy desaguisados*, supra ead. l. Doct. indistinctè volunt, quod si suspensio fiat ab officio ab homine pro gravi crimine, censeatur suspensio etiam facta à beneficio; unde tene menti istam legem Partitarum, et inquire unde hoc ortum habuerit.

LEY XVIII. — Que pena merecen los que non guardan la sententia del deuiedo.

Pena puso Santa Iglesia a los Perlados tambien como a los otros Clerigos, que por su atreuimiento desprecian la sententia del entredicho, o de la suspension, non la queriendo guardar: e si fuere suspensio de officio, e dixere las Oras concejaramente (1) como ante, es irregular (2) por ello; que quiere tanto dezir, como Clerigo que es fuera de la derecha regla, que deuria tener. E esto es gran difamamiento, para non poder ser elegido (3) para ninguna Dignidad, nin puede vsar del Beneficio, nin de officio (4) que ante auia, nin puede otrosi dispensar con el otro ninguno, si non el Papa (5). E esso mismo seria, si las dixese en la Iglesia que fuesse entredicha (6). E despues de esto, deuele amonestar su Perlado, que vaya a la Corte de Roma, a fazer emienda del yerro que fizo; e si non lo quisiere fazer (7), puedelo descomulgar de la mayor descomunio; e si por esto non se quisiere emendar, deuelo deponer, e toller el Beneficio que ouiere de Santa Iglesia para siempre. E si aya por todo esto non quisiere fazer emienda de su yerro, estonce el Perlado deuese querellar al Rey, o al Señor de la tierra, que le eche de su Señorío, e el deuelo fazer. E si algun monje (8), o Calonge

Regular dixesse las Horas en la Iglesia entredicha, deue ser encerrado en otro Monesterio mas fuerte, e de mas fuerte vida, para fazer penitencia del yerro que fizo: e esso mismo deue ser fecho a Monja que esto fiziesse: e si otro ome lego (9), o muger, que fuesse vedado de entrar en la Iglesia, despreciando el deuiedo, non lo quissiese guardar, puedelo su Perlado descomulgar por ello. E si non lo quisiere emendar, despues que lo amonestasse, deue rogar al Rey, que lo apremie; assi como de suso dicho es de los Clerigos.

LEY XVIII.—Præbatus, vel clericus ab officio suspensus, vel in ecclesia interdicta diuina celebrans, ut prius incurrit irregularitatem, à qua non poterit absolvi, nisi per Papam, et efficitur inligibilis ad dignitatem; neque uti potest officio, neque beneficio ante habito, et moneri debet à Præbato, ut adeat sedem Apostolicam ad faciendam emendam facinoris; et si noluit, est compellendus per depositionem et privationem beneficii, invocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis: monachus verò, aut canonicus regularis in ecclesia interdicta celebrans, in arcibus monasterium est destruedus; et si laico interdicitur ingressus ecclesie, et si interdictum contempserit, potest excommunicari, et si opus fuerit ad emendam invocetur auxilium brachii secularis. Hoc dicit.

(1) *Concejaramente.* Privatim ergo debet dicere Horas suas, et idem in excommunicato, vide per Hostiens. in summ. *de sent. excomm.* charta fin. vers. fin. et infra eod. l. penult.

(2) *Irregular.* Intellige, quando est suspensus propter delictum, et adde cap. 1. *de sent. et re jud.* lib. 6. et cap. *de sent. excomm.* eod. lib. et idem si propter infamiam directè à superiore sit sibi interdictum officium; si tamen quis esset suspensus propter defectum, ut puta, si esset illegitimus vel corpore vitatus, tunc celebrando non efficitur irregularis, sed peccat, secundum Abb. in cap. *si celebrat, de cler. excomm. depos. minist.* Si tamen eo casu, quo quis est suspensus à jure propter defectum, suspendatur ab homine intendente novam suspensionem sententiam proferre, ingerendo se administrationi divinorum, incurreret sic suspensus irregularitatem, Gloss. in cap. 2. *de tempor. ordin.* lib. 6. in dubio tamen non intelligitur, quod iudex novam suspensionem velit infligere, sed pœnam juris exequi, secundum Anton. et Abb. in cap. *ex tuarum, de privileg.*

(3) *Elegido.* Vide in cap. *cum dilectus, de consuetud.* et in cap. *quia diversitatem, de concess. præb.* et aliis.

(4) *De Beneficio, nin de officio.* Vide in cap. fin. *de tempor. ordin.* irregularis tamen, licet veniat privandus beneficio, non tamen est ipso jure privatus, ut notat Innoc. et Abb. in cap. *cum nostris, de concess.* ubi vide.

(5) *Si non el Papa.* Adde cap. 1. *de sentent. et re jud.* lib. 6. cap. 1. *de sentent. excomm.* eod. lib. Item dispensat legatus Papæ, si non in contemptum celebraverit, licet per supinam ignorantiam, secundum Hostiens. et Joan. Andr. in cap. *clerici, de cler. excomm. depos. minist.* et ita habet stilus Curie; dicit tamen Abb. quod hoc dictum potius servatur de facto, quam jure aliquo probetur.

(6) *En la Iglesia que fuesse entredicha.* Hodie dicitur in cap. fin. vers. *adjuvamus, de sentent. excomm.* lib. 6. et quod violans interdictum sit irregularis, adde cap. 1. *de postul. Prælat.* et vide in cap. *tanta, de excess. Prælat.* Sed an tempore generalis interdicti possint clerici extra ecclesiam, in camera scilicet, recitare Horas suas cum socio? Hostiens. in cap. *quod in te, de penitent. et remis.* videtur innuere, quod sic; contrarium tamen tenet Doctor de Villâ Diego in suo tract. *de irregularitate, §. dictum est etiam*, colum. 4. et ejus dictum videtur tutius et verius.

(7) *Si non lo quisiere fazer.* Sumptum videtur et dict. cap. *tanta*, in fin. *de excess. Prælat.* loquitur tamen ibi, quando ultra violationem interdicti, manus injectio fuit in clericis.

(8) *Monje.* Concordat cum cap. *postulastis, §. quæsvistis, de cler. excomm. minist.* et vide quod hodie habetur contra religiosos, interdictum violantes in Clement. *ex frequentibus, de sent. excomm.*

(9) *E si otro ome lego.* Nota hoc, et adde Innoc. in cap. *tanta, de excess. Prælat.* dicentem, quod laici violantes interdictum poniuntur, allegat cap. 2. *de cleric. excomm. minist.* et declaratur hic illud

dictum Innoc. vide hodie, quod habetur in Clement. 1. *de sepultur.* in Clement. *gravis, de sentent. excomm.*

LEY XIX.—Que ningunos non deuen fazer posturas, nin cartas con los Perlados, en desprecio de Santa Iglesia (a).

Castigan los Perlados con sentencias de deuiedo, o de entredicho, a los que son de su jurisdiccion, por los yerros que fazen, quando non se quieren emendar de ellos, e en logar de les pesar del mal que fizieron, e obedescer las sentencias de Santa Iglesia, tornanse desuergonçadamente, en manera de soberuia, contra los Perlados que las dieron, e quierense ygualar con ellos, faziendo entre si posturas, o cotos en desprecio de los Perlados, como por vengança de lo que les fizieron. E esto fazen como en manera de descomunio, e viedan (1) a ellos, e a sus homes, que non compren. ni vendan en sus Villas, nin cuegan en sus fornos, ni muelan en sus molinos (2), ni anden por sus placas, nin vayan por agua de sus fuentes, nin a sus montes por leña, e viedanles otras cosas. E ayn fazen otras posturas de muchas maneras, que son sin razon, e sin derecho. E tales cosas como estas, que son desaguisadas, e de mal exemplo, non deben ser fechas, ca los menores non se deuen alçar contra los Mayores, por las sentencias, o por los mandamientos que les fazen: fueras ende si lo fiziesen como manda el derecho, apelando, e alçandose de la sententia, que dieran contra ellos, si se agraiaren della: e esto mostro nuestro Señor en la vieja Ley, que era grand mal, quando se abrio la tierra, e se soruio a Dathan, e Abiron, porque se alçaron contra Moysen, e Aaron, que eran Mayores, e judgauan el pueblo de los Judios, non queriendo obedescer su mandamiento. Onde tiene por bien Santa Iglesia, e defiende, que ningunos non sean osados de fazer tales posturas contra sus Perlados, e los que contra esto fizieren, puedenlos descomulgar porende.

(a) LL. del tit. 9, lib. 1; LL. 1, 2 y 3, tit. 1, lib. 2; L. 5, tit. 3, lib. 12 de la N. R.

LEY XIX.—Contra ecclesiasticam libertatem prohibentes subditis, vel inter se paciscentes, ne cum personis ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia exhibeant, possunt excommunicari. Hoc dicit.

(1) *Viedan.* Concordat cum cap. *quanto, de privileg.* et vide quod habetur in cap. fin. *de immum. ecclesiar.* lib. 6. ubi habetur, quod sunt ipso jure ibi excommunicati, adde etiam lib. 6. tit. 5. lib. 1 *Ordin. regal.* et l. 2. 5. et 8. et 11.

(2) *Nin muelan en sus molinos.* Quid autem si fiat statutum, quod portantes frumentum extra portam civitatis ad molendinum solverent decem, exceptis portantibus extra certam portam, in qua solverent quindecim; eo quod ad molendina ecclesie, vel ecclesiasticæ personæ erat inter so lum per illam portam, an hoc statutum valeat, vel hoc statuentes incurrat pœnas, de quibus in dict. cap. fin. et in cap. *mo-verint, de sentent. excomm.* vide per Felin. allegantem consilium Petri de Anchar. in cap. *ecclesia Sanctæ Mariæ, consil. 45. de constit.* et allegat etiam Petr. de Anchar. in *repetitione*, cap. 1. *de constitut.* vers. *quero de questione in qua consului*, et ibi etiam refert consilium Bald. in contrarium, vide etiam *concilium* Bald. 506. incipit, *quod autem dictum statutum*, 3. vol.

LEY XX.—En quantas maneras se da la sententia de descomunio injustamente, e que pena deue auer el Perlado que la pone.

Tristeza muy grande deuen auer los Perlados de Santa Iglesia en sus corazones, e los otros que tienen sus

logares, quando han de descomulgar algunos Christianos: e si piedad, e dolor deuen auer ellos, quando los descomulgan con derecho, quanto mas lo deuen auer, quando lo fazen injustamente. E por ende touo por bien Santa Iglesia de mostrar, en quantas maneras es la sentencia non derecha, porque aquellos que la dan, o la tienen de dar, se sepan guardar de ella, e son tres (1). La primera, quando es dada contra la forma que es establecida, segun dize de suso en la ley que comienza, Amonestar. La segunda es, quando aquella razon por que descomulgan non es derecha, o atal, porque non lo deuan descomulgar. La tercera es, quando el que da la sentencia, lo faze con mala voluntad. E como quier que la sentencia, que es dada tortizadamente en alguna de estas maneras, la deuen guardar (2) por reuerencia de Santa Iglesia, aquellos contra quien es puesta; pero touieron por bien los Santos Padres, que non fucasse sin pena aquel que la diessse: e mandaron (3), que el que tal sentencia diessse, contra la primera manera que de suso es dicha, que fuesse vedado, que non entrasse en la Iglesia a dezir las Horas en ella por vn mes: e el Mayoral de aquel que la dio, quando se querelasse aquel contra quien fue dada, que la podiesse luego toller (4) sin alongamiento ninguno: e demas condenarlo en las costas, e en las despensas, que fiziesse el querrelloso, e en todos los otros daños que rescibiesse por esta razon. E avn puede demandar el querrelloso delante su Mayoral, que le faga enmienda (5) de la sinrazon que le fizo, porque lo descomulgo, como non deuia. Otrouos los que caen en la pena sobredicha, de non entrar en la Iglesia por vn mes, deuen mucho guardar, que non entren en ella, fasta que el plazo sea passado: ca el que contra esto fiziesse, entrando en la Iglesia, o compliendo y su officio, assi como ante que fuesse puesta, caería por ella en irregularidad (6); assi que otro ninguno non podria dispensar con el, si non el Papa, fueras ende si fuesse Obispo (7), o Perlado mayor: ca estos non caen en tal pena como esta, porque si cayessen en ella, non podrian fazer muchas cosas, que son menester a los Christianos, que deuen (8) fazer de su officio; assi como quando ouiesen de consagrar la Crisma, o dar el Sacramento de la Confirmacion, o ordenar los Clerigos, o visitar las Iglesias, para fazer emendar los yerros que y fallasen fechos, o otras cosas semejantes destas, que non pertenescen de fazer a otro, si non a los Obispos. Otrouos (9) touo por bien Santa Iglesia, que si el Papa, o el Legado pusiesse sentencia alguna general, o suspension, diciendo assi: Que el Perlado, o otro Clerigo que tal cosa fiziere, o non pagare tantos maravedis fasta tal dia, que sea vedado o suspenso; en qualquier destas cosas non se entiende, que el Obispo, nin otro Perlado mayor sea vedado, o suspenso; fueras ende, si en la tal sentencia fuesse señaladamente fecha mencion de los nomes dellos. E la pena que touieron los Santos Padres que fuesse dada a los Perlados, que descomulgassen, en la segunda manera, tortizadamente a otro, non pudiendo mostrar razon derecha, porque lo deuiessen fazer, es aquella misma (10), que destuso es

dicha, e puesta contra aquellos que yerran en la primera manera; fueras ende que non deuen ser vedados de entrar en la Iglesia por vn mes. Pero si alguno de los sobredichos mostrasse alguna excusa derecha, porque non deuiessse auer la pena, si lo prouare, o fuer manifesto, deuele valer; assi como si mandasse a alguno, que fuesse amonestar al que descomulga, e diciendo que lo auia amonestado, diessse la sentencia contra el, pensando que le dezia verdad: ca poniendo ante si tal excusa, como esta, o otra semejante della, non caería en la pena. Mas cuando los Perlados diessen sentencia de descomunion contra alguno, por mala voluntad, en la manera que de suso es dicho, mouiendose con saña, o con brauza, o con malquerencia; como quiera que pena cierta non sea establecida en derecho sobre esto, pero peca (11) mortalmente, el que lo faze, contra Dios, que conosce las voluntades de los omes buenas o malas, e les dara la pena en este mundo, e en el otro, assi como Juez derecho, a quien non se encubre nada.

**EEX XX.** — Excommunicationis sententiam non premissa monitione proferenti, prohibetur ingressus ecclesie per mensem, contrariens irregularitatem incurrit, nisi sit Episcopus, et talem sententiam superior statim sine difficultate debet relaxare, et excommunicantem in expensis, et interesse condemnare, qui etiam est arbitrio superioris puniendus, nisi defendatur ex errore probabili. Item in generali interdictione seu suspensione facta per Papam vel eius legatum, alicui vel aliquibus, suo precepto non obtemperantibus, vel aliquid prohibitum facientibus, non includuntur Episcopi vel superiores Episcopo, nisi specialiter fuerint nominati; eadem etiam poena puniuntur excommunicantes sine justa et rationabili causa, praeter poenam prohibitionis ab ingressu ecclesie. Item excommunicans aliquem odio, vel ira motus, vel malevolentia, peccat mortaliter. Hoc dicitur.

- (1) Tres. Vide 11. quest. 5. §. si ergo, §. cum ergo, per Gloss. in cap. sacro, de sent. excomm. lib. 6.
- (2) Deuola guardar. Ut in cap. sententia pastoris, 11. quest. 3. et ibi glossa notabilis in summ. et vide notabiliter per Abb. in cap. ob excommunicato, 2. et 5. colum. de rescrip. et est speciale in ista sententia, ut claves Ecclesie magis timeantur, et non continentur, ut declarat Hostiens. eod. tit. in summ. §. quis sit eius effectus, vers. hi sunt, et vide infra l. proxim. et servans excommunicationem injustam meretur apud Deum, propter bonam obedientiam, secundum Hostiens. eodem tit. in summ. §. quis sit eius effectus, vers. et haec omnia, et an notoria excommunicationis iniustitia reddeat eam nullam, vide Abb. in dic. cap. ob excommunicato.
- (3) Mandaron. Vide in cap. sacro, de sent. excomm. et in cap. 11. eod. tit. lib. 6.
- (4) Luego toller. Vide in dict. cap. 1. de sent. excomm. lib. 6. Et sic sententia excommunicationis lata contra formam canonis tenet: non tamen teneret, si esset lata contra formam hominis, ut notat Abb. in cap. fin. de restitut. spoliator. 3. notab.
- (5) Enmienda. Vide in dict. cap. sacro.
- (6) Irregularidad. Vide in dict. cap. 1. eod. tit. lib. 6.
- (7) Obispo. Vide in cap. quam periculosum, de sentent. excomm. lib. 6.
- (8) Que deuen. Sic alias necessitatis ratione remittitur poena, l. illicitas, §. Praxes, ff. de offic. Præsid. et hoc, quia onus est officii. Omne enim necessarium est triste, quia fit in angustia animi, secundum Arist. Bald. in l. neque ab initio, C. de nupt.
- (9) Otrouos. Vide in dict. cap. quam periculosum.
- (10) Aquella misma. Vide in dict. cap. sacro.
- (11) Peca. Vide in §. cum ergo; cum aliquibus capitulis sequentibus, et cap. ira, 11. quest. 4.

**LEY XXI.** — Por qual razon non deue ninguno despreciar la sentencia de descomunion, que dieren contra el.

Tortizadamente seyendo dada la sentencia de descomunion por alguna de las tres maneras, segund que dize en la ley ante desta, touo por bien Santa Iglesia de Roma, que valiesse. E esto mando que fuesse todavia, porque fuesse mas recelada de los omes; e porque teniendo todavia la obediencia, cresciessen en la Fe por buenas obras. E tan grand fuerça tiene la sentencia de descomunion, que luego es dada, liga; lo que non fazen las otras sentencias. E esto es en tal manera, ca maguer se alce (1) despues della, aquel contra quien la dan, todavia finca ligado, fasta que sea absuelto: e tambien es esto, non seyendo delante (2), nin sabiendolo, como si lo fuesse. Pero esta mejoría tiene el que non sabe quando lo descomulga, que non cae en pena, maguer se acompañe con los omes; nin es irregular, si es Clerigo, aunque diga las Horas como solía. E esto se entiende mientras que lo non sabe. Pero si descomulgan a alguno, non seyendo verdadera la razon, o el yerro, porque dize el Perlado que lo descomulga; como quier que es descomulgado, quanto a la vista de los fieles Christianos, non lo es quanto a Dios (3). Esto se entiende, quanto aquel contra quien es dada la sentencia, non la desprecia (4) en su voluntad. E esso mismo es, de la sentencia de deuedo (5), tambien de las Iglesias, e de los logares, como de las personas.

**LEX XXI.** — Sententia excommunicationis, licet injusta, ligat, licet appellatur ab ea, et idem in sententia suspensionis vel interdicti; excommunicatus tamen ex falsa causa non ligatur quoad Deum, nisi excommunicationem contemnat. Item absens, et ignorans potest excommunicari. Hoc dicitur.

- (1) Se alce. Adde cap. pastoralis, §. verum, de appellat. et quæ sit ratio differentie inter sententiam excommunicationis vel alterius censuræ, et inter alias sententias, vide ibi latius per Abb. ubi tradit duodecim vel terdecim rationes. Tres etiam ponit Hostiens. in summ. de sent. excomm. §. quis sit eius effectus. Primam scilicet, quia Christianus ligat, a quo cum superiore non habeat, appellari non potest, dicente Chrysostomo: Nemo contemnat vincula ecclesiastica; non enim est homo, qui ligat, sed Christus, qui ligat, et homines facit tanti honoris dignos, 11. quest. 5. cap. nemo. Secundam, quia nemo excommunicatur, nisi ob contumaciam, sed contumax non auditur appellans, 2. quest. 6. §. sunt quorum. Tertiam, ut claves Ecclesie magis timeantur, 11. quest. 3. cap. quid ergo; vide quæ dixi infra ead. l. in gloss. fin.
- (2) Non seyendo delante. Absens potest excommunicari, ut in cap. cum sit Romana, in fin. de appellat. Gloss. in cap. nullus, 3. quest. 4. vide per Abb. in cap. fin. de foro compet. 17. et 18. col. mediana.
- (3) Quanto a Dios. Vide in cap. quomodo, et cap. quid obest, et cap. in cunctis, cum cap. sequent. 11. quest. 3. et cap. a nobis, et 2. de sent. excomm. et 24. quest. 3. cap. Deus.
- (4) Non la desprecia. Si enim contemneret, ligaretur ex suo contemptu: 11. quest. 5. §. cum ergo; et §. hic, et fin. et 21. quest. 3. cap. notandum, in fin. et cap. per tuas, §. nos igitur, de sent. excomm. ubi Abb. notat in 3. notab. et vide infra l. 51. quod si non petat absolutionem, videtur eam contemnere, et ideo excommunicatus quantumcumque injuste, debet petere; quam cito potest, absolutionem, et litigare postea super iniustitia.
- (5) De deuedo. Adde cap. ad hæc quoniam, de appellat. et cap. is cui, de sent. excomm. lib. 6. vers. sanè. Sicut ergo excommunicatio non suspenditur per appellationem sequentem; sic neque sententia interdicti vel suspensionis, ut in dictis iuribus, et hic: sunt enim istæ tres sententia anomale, et non sequuntur ex toto naturam aliarum sententiarum: et communiter appellationes ab eis sunt anomale, et non sequuntur naturam aliarum appellationum, secundum Bald. in l. fin. C. si a non comp. iud. limita tamen; nisi

suspensio ab officio inferatur in poenam, quod fieri potest, juxta notata per Innoc. in cap. 1. de excess. Prælat. et in dict. cap. ad hoc quoniam; tunc enim, talis sententia suspensionis suspenditur per appellationem sequentem, ut singulariter notat Abb. in cap. sapè, col. 3. in gloss. super verbo rata, de appellat. item limita, si sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti lata sit in diem vel sub conditione, nam tunc appellatione interposita, obviaret, neque traheret secus executionem, ut in cap. præterea requisisti, de appellat. Bald. in dict. l. fin. nam excommunicatio, vel interdictum prolatum post appellationem esse nullum, ut in cap. dilectis, ubi Abb. in penult. notab. de appellat. cap. dilecti, et l. eod. tit. ut tradit Petrus de Anebar. cons. 240. incipit, per prædicta subtiliter deducta, ubi ponit casum de præcepto facto sub poena excommunicationis, et si non paruerit, ex tunc, prout ex tunc, excommunicat; quod si appellatur a tali præcepto, appellatio tueatur appellanti, ut non debeat se gerere pro excommunicato; neque ab aliis debeat vitari per cap. solet, in fin. de sent. excomm. lib. 6. cap. ad præsentiam, de appellat. adde Cardin. consil. 119. incipit, duo sunt examinanda, et Decium consil. 214. col. penult. Quid autem, si sententia excommunicationis sit relaxata causa ferendi testimonii, juxta cap. veniens, ad fin. de testibus, an si interim appellatur, suspendatur effectus excommunicationis, et dicit Baldus quod non, in cap. 2. de testib. cogend. quia ista fuit quedam suspensio, non liberatio, et adde eundem Bald. in l. 2. §. 1. ff. de verb. obligat. et de interdicto suspensio, si appelletur, an tollat effectum, et dicit quod non, si suspensio fuit ad tempus per modum temporalis liberationis, de quo, et ibi per Jason. col. 10.

**LEY XXII.** — Como los Perlados pueden descomulgar, e pueden absolver, si non en casos ciertos.

Absolver puede de la descomunion todo Perlado que puede descomulgar; fueras ende por las dos razones, que dize en la ley ante deste titulo, que comienza; Reglas (1) pone el derecho. E esto se entiende, tambien de los que el descomulgare, como de los otros, que descomulgan los otros Perlados menores, que son so el (2). Pero descomuniones ay, que non puede otro ninguno toller, si non el Papa, o quien lo mandare señaladamente, e son seys maneras della. La primera es, si alguno mete manos ayradas (3) en Clerigo, o ome de Religion, si non por aquellas maneras que son dichas de suso en las leyes (4) que fablan en esta razon. La segunda es, si alguno quemare Iglesia, o otra casa Religiosa, o mieses en campo, o en hera, o otra cosa qualquier, faziendolo a sabiendas por mal fazer. Pero en esto ay departimiento: ca el que quemare Iglesia, o otro logar Religioso, es descomulgado tan solamente por el fecho (5); mas el que quemasse a sabiendas alguna de las otras cosas sobredichas, non cae luego en descomunion por el fecho, mas puedenlo los Perlados (6) descomulgar. Pero despues que les ouieren fecho denunciar por descomulgados, tambien a los que quemaren las Iglesias, como a los otros, non les pueden ellos absolver, nin otro ninguno, si non el Papa (7), o a quien lo el mandare; como quier que lo pudiesse ante fazer, que los ouiessem denunciados por descomulgados. La tercera es, si alguno quebrantá la Iglesia (8), e lo denuncia por ello por descomulgado. La quarta es, si alguno se acompañe, a sabiendas, con los que descomulga el Papa (9). La quinta es, si alguno falsa carta (10) del Papa. La sexta es, si alguno faze aquel pecado mismo (11), porque el Apostolico descomulgo a otro por ello.